



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

X. De muliere adultera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

# DE MULIERE ADULTERA.

## MEDITATIO X. EVANGELIUM.

*Joan. 8.*  
**I**ESVS perrexit in montem Oliveti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Erant autem ibi Scribæ & Pharisei, & duxerunt eum ad mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei. Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant ei, ut possent accusare eum. **I**ESVS autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum ergo perseverarent interrogare eum: erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus illam

CH  
 illum la  
 se inclin  
 dentes a  
 bar, in  
 reman  
 in medic  
 SVS, di  
 re accusa  
 ni: Qæ  
 xit autem  
 dem ab  
 peccare.

**T**H  
 tion  
 nata est a  
 refactum  
 crimis n  
 2. In  
 Israhel  
 nam, test  
 in adulte  
 de menda  
 conatibus  
 Susanna  
 illam

illam lapidem mittat. Et iterum  
 se inclinans scribebat in terra: Au-  
 dientes autem vnus post vnum exi-  
 bant, incipientes à senioribus; &  
 remansit solus IESVS, & mulier  
 in medio stans. Erigens autem se IE-  
 SVS, dixit ei, Mulier vbi sunt qui  
 te accusabant? nemo te condemna-  
 uit? Quæ dixit. Nemo Domine. Di-  
 xit autem IESVS. Nec ego te con-  
 demnabo. Vade, & iam amplius noli  
 peccare.

## FIGVRAE.

**T**HAMAR accusata de fornica-  
 tione à Iuda socio suo condem-  
 nata est ad mortem: sed postquam pa-  
 tet factum est ipsum Iudam potius eius  
 criminis reum, Thamar liberata est.

Gen. 38.

2. Iniqui illi Babilonij senes, populi  
 Israhelici iudices accusarunt susan-  
 nam, testificantes se eam deprehendisse  
 in adulterio. Sed à Daniele conuicti  
 de mendacio, patet factisq; iniquis eorū  
 conatibus à populo sunt condemnati,  
 Susanna autem liberata.

Dan. 13.

**PROPHETIAE.**

- Psal. 9.** 1. **I**N laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscimus minus iudicia faciens: in operibus mansuarum comprehensus est peccator.
- Iob. 5.** 2. **Q**ui apprehendit sapientes in astutiarum, & consilia pravorum dissipat.

**CONSIDERATIONES.**

**I**AM impij Principes Sacerdotum Pharisei sub hoc tempus consilio nito decreuerant CHRISTVM in medio tollere, & addicere cum morte. Quia verò Dominus quem nihil horum omnium conscius erat, idcirco tuac temporis studiosius prædicat, populoque instruendo vacabat. Nam cum ille esset lampas illa ardens & lucens, posita super candelabrum verberet lucem mundo, quo vicinior tempus ut extingueretur potius accenderetur, hoc viucius respicitur & radios salutiferæ lucis sparsit. **Matt. 5.** benedictus IESVS hoc tempore dies in docendo consumebat in templo, & sub vesperam ciuitate egredebatur, & ibat in montem Oliueti. **Idcirco non ignorarent scelerati illi Pontifices**

E VITA

AE.

ponderunt, in  
Cognoscere  
eribus man  
ator.  
s in astutia  
Sipat.

ONES.

acerdotum  
is confilio  
STVM e  
m mori,  
et eis vita  
n nihil le  
erat, idcir  
prædicatio  
cabat. Na  
ardens &  
brum vine  
vicinus est  
potius quam  
is respicere  
parfit. Im  
mpore tot  
ebat in te  
ate egred  
Oliueti. Id  
illi Pontif  
ca

ces existimantes opportunum tempus  
esse comprehendendi Christum super-  
riori proximo die ministros suos in  
templum ad id præstandum amanda-  
rant. Verum illi, cum ei more suo præ-  
buissent, ita verborum suavitate & vi-  
capri suat, ut attingere eum non aude-  
rent, & re infecta redirent. Reprehensi  
autem acriter à Sacerdotibus, responde-  
runt *Nunquam sic locutus est homo.* O quã  
potens & efficax est veritas, maximè  
quando cum amore & salutis alienæ  
zele coniuncta est: hæc enim valet nõ  
ad amicos tantum, sed etiam ad inimi-  
cos ipsos expugnandos, & convincen-  
dos: eoque amplius, quod ex eius ore  
profecta & pronunciata sit, qui est ipsa  
veritas, & fons infiniti amoris & cari-  
tatis. Bene verò dixistis vos Ministri,  
nunquam hominem sic locutum esse:  
nam verba quæ audistis, non fuerunt  
puri hominis verba, non sancti alicuius  
Prophetae multo minus angeli cæ-  
lestis, sed Domini angelorum & Crea-  
toris cæli & terræ. Iam verò, quoniam  
Nicodemus oculus CHRISTI disci-  
pulus illi malignantium concilio in-  
terfuerat, ex his ministrorum verbis,  
occasionem sumpsit CHRISTVM de-  
M. s. fenden-

Ioan. 6.

fendendi. Quare dissensione inter eos  
 orta, peruerſi Phariſei nouum confi-  
 lium inierunt quemadmodum publi-  
 cam aliquam calumniam in benedi-  
 ctu IESVM conflarent, & populo infa-  
 mem & exoſum redderent, ne quis de-  
 inceps auderet contra eos mutire, vel  
 impijs eorum conatibus obſiſtere. Ab-  
 ijt ergo Saluator in montem Oliueti,  
 & mox ſummo mane redijt ad tem-  
 plum, vt quemadmodum omnibus  
 præcedentibus diebus fecerat, ſaluti a-  
 nimarum promouendæ vacaret. Non  
 latebat manſuetum agnum peſſimus  
 Iudæorum animus in ſe: nec tamen id-  
 eo deſtitit fontem miſericordiæ ſuar  
 eis aperire, & bonum pro malo redde-  
 re, nouiſin dies afficiendo beneficijs.  
 Et bene dicit Euangelium eum dilu-  
 culo veniſſe Hieroſolymam, nam in-  
 gens ille & irrequietus amor iuuandi  
 animas, quo pectus eius continenter  
 ardebat, impellebat eum, vt nulla in-  
 terpoſita mora, conferret ſe ad paſcen-  
 das & tuendas oues, quæ inter impios  
 Iudæos, quaſi crudeles lupos, verſa-  
 bantur. Deinde idco ſummo dilu-  
 culo redijt, vt miſera illi mulieri adul-  
 teræ, cuius inſelicem caſum præui-  
 derat, in tempore manum ſuam  
 præ-

præberet, ac non solum manibus Iu-  
 daeorum, qui decreuerant eum lapi-  
 dare, verum etiam demonis inferna-  
 lis faucibus, à quo anima eius obside-  
 batur, eriperet. Vnde congruenter scri-  
 bitur venisse ex monte Oliuarum, id  
 est, misericordiæ, ex monte pietatis ad  
 saluandam illam animam: sicut per  
 eadem misericordiæ viscera amoris  
 plenissima iam ante dignatus erat ve-  
 nire ab alio ad illuminandas nostras  
 mortales tenebras, & dirigendos pedes *LUC. I.*  
 nostros in viam pacis & salutis. Quid  
 denique aliud tam subitus & matuti-  
 nus CHRISTI reditus significauit, quã  
 iam incipere tempus nouæ gratiæ, quo  
 Euangelicæ veritatis lux, depullis, no-  
 cturnis veteris legis tenebris, ac figura-  
 rum antiquarum umbris, nascentis so-  
 lis instar oriri debuit, & radios suos in  
 vniuersum mundum diffundere? Qua-  
 re & rectè subiunxit, totum populum  
 confluisse ad eum in templum, ipsum-  
 que sedentem eos docuisse: nam quan-  
 do Dominus in Ecclesia sua per sui E-  
 uangelij prædicationem sedere cœpit,  
 omnes populi deserta suorum idolo-  
 rum vanitate, sanctam eius doctrinam  
 complexi sunt.

2. ADDUXERVNT ergo ad  
 CHRISTVM Scribæ & Pharisei mul-  
 ierem in adulterio deprehensam di-  
 centes. *Magister, hęc mulier modo deprehen-  
 sa est in adulterio. In lege autem Moyses  
 mandavit nobis, huiusmodi lapidare. Tu ergo  
 quid dicis?* Nunquam pessimi Scribæ &  
 Pharisei à persequendo benedictio IESU  
 cessabant; nunc eum calumniaban-  
 tur in suis discipulis, nunc ob conuer-  
 sationem cum peccatoribus, nunc ob  
 miracula vel doctrinam. Iam autem  
 calumniam illi struere conatur in ob-  
 servatione Legis, atque ita per summi-  
 fraudem & nequitiam conatur ex eius  
 ore extorquere aliquod verbum, vnde  
 ansam capiant eum accusandi, & eum  
 Legis transgressorem condemnandi.  
 O anima mea, quam solliciti & dilige-  
 tes sunt hostes Domini tui in quæren-  
 da occasione eum persequendi, & tu  
 incuriosè finis elabi tot occasiones ei  
 inseruendi, cum speciatim multis no-  
 minibus, ob quam plurima beneficia  
 ab eo recepta, ad gratias agendas ei sis  
 obligata. Deprehenderant iniqui illi  
 homines miseram mulierem in adul-  
 terio; itaque gaudio exultantes, quæ-  
 rentandi Saluatoris opportunam occa-  
 sionem inuenissent, cõprehensam ad  
 eum



eum adduxerunt; & primo quasi hono-  
 ris causa, compellant eum Magistrum,  
 deinde allegata Moysis lege, de adultera  
 lapidanda sententiam eius sciscitantur. *Leu. 20.*  
 O reuerentiam malitiosam, o sub-  
 missionem simulatam venenatae men-  
 tis, & duplicis cordis, o labia plena im-  
 posturae & falsitatis. Appellant Magi-  
 strum, vt profiteantur, scilicet, se disci-  
 pulos eius, cuius erant capitales inimi-  
 ci. Poscunt eius sententiam non ad  
 cognoscendam iustitiam, & verita-  
 tem, sed ad tendendum laqueum veri-  
 tati. Dicebant ergo impij isti intra se.  
 Si responderit mulierem secundum le-  
 gem esse lapidandam, illudemus illi,  
 quasi oblito suae misericordiae quam-  
 tam studiosè annunciat, imò digito-  
 eum tanquam hominem crudelem de-  
 monstrabimus, & plebi à qua nomine  
 mansuetudinis hactenus tantopere a-  
 matur & colitur, reddemus exosum.  
 Sin autem, ne nomen mansueti homi-  
 nis amittat, responderit non esse lapi-  
 dandam, tunc eum, tanquam scelerum  
 patronum, legis transgressorè; & Moysi, *Ex. 19. 20.*  
 imò Deo ipsi, qui per Moysen legem  
 dedit, contrarium, publicè curabimus  
 comprehendi, & velut dignum morte  
 à cum hac adultera lapidibus obrue-  
 mus.

*Pro. 1.*

mus. Verum, quid dicitis o infelices  
Iudaei? an oēs vestrae artes, doli & frau-  
des potuerūt aliquid aduersus diuinam  
sapientiā & potentiam? *Non est sapientia,*  
inquit ille, *non est prudentia, non est consilium*  
*contra Dominum.* Considera hic quam  
indecroto zelo false iustitiae scelesti illi  
Pharisaei hanc miseram faminam edu-  
xerint ad lapidandum; cum ipsi multo  
illa deteriores fuerint, licet amore sui  
& superbia excaecati id non agnosce-  
rent, & indulgentes sibi, tam seueri er-  
ga alios fuerint. Considera deinde ex  
alia parte clementissimum I E S U M,  
quanta prudentia, post auditam mulie-  
ris accusationem, nullo responso dato,  
inclinans se digito in terra scripsit.  
Quid enim aliud hoc exemplo redem-  
ptor noster declarare voluit, quam se  
esse illum ipsum, qui legem per Mo-  
sen datam tabulis lapideis digito scri-  
psit, ac proinde se quoque, velut au-  
torem legis, habere auctoritatem con-  
donandi poenam legis? Inclinat quo-  
que se in terram ut ostenderet se com-  
motum & flexum ad misericordiam ver-  
sus peccatores. Nam si filius Dei non  
inclinasset suos caelos, & in terram de-  
scendisset ad scribendum in terra, & or-  
perandum in ea salutem hominum,  
nunquam

*Exo. 31. 34**Leu. 9.**Psal. 17.*

nunquam  
liberat  
cender  
nocent  
psi ad  
randan  
ra pecc  
re pecc  
clinavi  
vt quo  
scribere  
reus co  
ritu vol  
ad hum  
vt suam  
agnosce  
& pecca  
sua mul  
quam fu  
lienae m  
abstinere  
seuors  
ue, se in  
humeros  
pristinam  
3. I N  
vrgeban  
ret, sed  
tes laque

nunquam ista natura nostra adultera  
 liberata fuisset, nec homo caelum af-  
 cendere potisset. Inclinat se instar in-  
 nocentis agni de caelo in terram dela-  
 psum ad tollenda peccata mundi, ad one-  
 randam se etiam huius miseræ adulte-  
 ræ peccatis, sicut omnia humanæ natu-  
 ræ peccata in se susceperat. Adhæc in-  
 clinavit se Saluator, scripsitq; in terra,  
 ut quo digito scripserat legem iustitiæ,  
 scriberet etiam legem caritatis in ter-  
 renis cordibus Iudæorum: itaque hoc  
 ritu voluit ipsos quoque commonere  
 ad humiliandum & inclinandum se,  
 ut suam intus conscientiam discuteret,  
 agnoscerentque se etiam esse infirmos  
 & peccatores, atque ideo per scelera  
 sua multo illa pœna se digniores esse,  
 quam fuerit adultera, donec miseri a-  
 lienæ miseriæ, à tam immiti iudicio  
 abstinerent. Inclinat se denique ut mi-  
 sericors pastor, qui inuenta infirma o-  
 ve, se inclinat ad subleuandam eam in  
 humeros, & deportandam in ouile, ut  
 pristinam recuperet sanitatem.

Luc. 15.

3. INTERIM Scribæ & Pharisei  
 urgebant IESVM, ut responde-  
 ret, sed animo fraudulento necen-  
 tes laqueum, ut caperent in sermone.

Asta.

Astabant velut lupi rapaces, nō solum ad deuorandam hanc aberrantem ouiculam, nempe adulteram, sed etiam ad discerpendum mansuetum agnellum CHRISTVM. Ex altera parte in horum luporum, accusatorum medio afflebat misera hæc muliercula, oppleta lachrymis, rubore, & pudore suffusa, non ausa oculos suos à terra attollere, præ nimia verecundia sui lapsus. Stabat inter spem & metum; considerans enim seipsam, magnam metuendi causam habebat, cum agnosceret se peccatricem & mortem ex lege promeruisse. Sperabat tamen oculis in Saluatorem coniectis, de quo iam audierat, quam esset misericors, & quot peccatoribus peccatricibusque peccata benignè condonasset: quare nec potuit sibi persuadere, ex ore tanta dulcedine redundanti tam crudelem posse sententiam prodire. Etenim qua ratione respondere potuisset lapidandam esse hanc peccatricem, is qui venerat non ad perdendum animas, sed potius ad eas quæ iam perditæ erant quærendas & saluandas. Cum ergo Pharisei persistenter in extorquendo responso à Iesu, ea spe freti se eum, aut de crudelitate, aut certe de iniustitia conuicturos, tandem erexit

*Luc. 9.*

le CHI  
peccata  
mittat.  
plenum  
quo est  
tissimum  
trarium  
tia alien  
tissimè  
di pecca  
niens no  
peccato  
iustitiam  
bus mu  
re. Si aut  
peccato  
quoque  
nunc di  
callida p  
intra vos  
dandam  
mansuet  
conuinc  
pientissim  
est, quo  
sua astut  
pet, resp  
& mitem  
strum, pri  
niatur pe

IESUS & respondit. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* O responsum sapientia diuina plenum, & veraci illo ore dignum, à quo est profectum. Responsum prudentissimum, quod neque legi erat contrarium, nec à misericordia & clementia alienum, quasi dicere voluisset. Rectissime mandauit Moyfes, vt eiusmodi peccatrices lapidarentur, sed conueniens non est, vt id præstetur manibus peccatorum. Implete ergo vos primo iustitiam legis, & sic poteritis manibus mundis peccatricem hanc lapidare. Si autem agnosceitis vos quoque esse peccatores, vel liberate illam, vel vos quoque pænæ legis subijcite. Quid nunc dicitis Iudæi? vbi est nunc vestra callida prudentia? cum ratiocinantes intra vos dicebatis; si ille dixerit, lapidandam, conuincemus eum non esse mansuetum, sed crudelem: si negarit, conuincemus iniustitiæ. Ecce nunc sapientissimus IESVS, de quo scriptum est, quod sapientes comprehendat in sua astutia, & consilia impiorum dissipet, responsum dat omnino iustam & mitem dicens: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus.

1. Cor. 3.  
 Job. 5.

bus, Impleatur lex, sed non à legi-  
 transgressoribus. Verbum profecto  
 abbreviatum, sed vivum & efficax, om-  
 nique gladio ancipiti penetrabilis.  
 O quomodo hoc verbo confixa &  
 transverberata sunt dura illa pectora,  
 quam validè hoc lapillo percussa &  
 confracta sunt aërea malignorum lu-  
 dæorum frontes. Dominus verò post  
 compressam hoc veraci responso ac-  
 cusatorum audaciam, rursus incli-  
 nat se, & in terra scribit. Vbi perpende-  
 tres esse sententias datas de hac pec-  
 catrice. Prima fuit severæ iustitiæ,  
 quam dederunt Pharisei allegantes le-  
 gem Moysis; quæ sententia suum ef-  
 fectum habere nō potuit, nisi à CHRIS-  
 TOSTO, qui erat finis & complementum  
 legis, confirmaretur. Duas reliquas sen-  
 tentias postea dedit CHRISTVS.  
 Prior fuit veritatis. Posterior gratiæ,  
 conuenienter illi dicto Ioannis. Lex  
 per Moysen data est, gratia & veritas per  
 IESVM CHRISTVM facta est. Prior  
 re, quæ fuit plena veritatis, Dominus  
 pudescit accusatores, vt loqui non au-  
 derent. posteriore peccatricem absol-  
 uit. Post priorem ergo sententiam  
 prolatam, Dominus denuo cepit scri-  
 bere in terra. Quid verò putamus aliud  
 cum

*Ioan. 1.*

CH  
 cum scri-  
 rat lege  
 deis, qu  
 illa præ  
 Pharise  
 niendis  
 Vbi cog  
 scribit in  
 Pharisæ  
 di luce  
 sua cont  
 tuerint se  
 ptorum  
 iunt gra  
 se institu  
 trici. V  
 improbi  
 pettè cer  
 itam, pa  
 § T I ac  
 prosequ  
 que suis  
 clara luc  
 si, non si  
 subduer  
 illud Pro  
 quem abs  
 rum.  
 4. CON  
 iudicia. N

eum scripsisse digito illo, quo scripserat legem Moyſi datam in tabulis lapideis, quàm ipſam legem, ac imprimis illa præcepta, contra quæ illi Scribæ & Phariſæi, qui tam erant ſeueri in puniendis alijs, plus alijs delinquebant? Vbi cogita Dominum; interea dum ſcribit in terra, interius in cordibus Phariſæorum operatum fuiſſe, eiufmodi luce illud colluſtrando, vt inſpecta ſua conſcientia, facile agnoſcere poterint ſe eſſe omnium illorum præceptorum tranſgreſſores, atque ita viderint grauiorem accuſationem contra ſe inſtitui, quam ipſi intenderat peccatrici. Vnde quia partim exiſtimabant improbitatem ſuam, quam ipſi tam aperte cernebant, alijs quoque patefactam, partim quod reſponſo CHRISTI adempta eſſet illis ſpes omnes proſequentæ ſuæ accuſationis, laqueiſque ſuis implicandi CHRISTVM, quaſi clara luce præſentiæ CHRISTI percuſi, non ſine pudore alius poſt alium ſe ſubducere ceperunt, vt compleretur illud Prophetæ dictum. *In laqueo hoc, quem abſconderunt, comprehenſus eſt eorum.* *Psalm. 9.*

4. CONSIDERA admiranda Domini iudicia. Nā vt impij illi ſenes Babylonij cum

Dan. 13.

cum accusassent & condemnassent Sannam quasi ream adulterij, vt lapidaretur; à Daniele de mendacio conuicti sunt: & deprehensi criminis rei, à populo condemnati & lapidati sunt: sic improbi hi Iudæi venerunt accusatores, sed discesserunt rei; venerunt ad condemnandam & lapidandam hanc peccatricem, sed ipsi à CHRISTO conuicti, quod peccatrice esset deteriores, à propria conscientia condemnati & lapidati sunt: & fortè, quia illis in mentem veniebat exemplum illorum Babyloniorum iudicium, veriti ne CHRISTVS, sicut ipsis iam clarissime suam improbitatem patefecerat, ita patefeceret alijs, atque ita à populo lapidibus obrueretur, partim pudore, partim metu coacti inde dilapsi sunt. Vbi simul considera, forte benignum IESVM, non minus illorum, quam peccatrix miserum, ne nimirum pudefierent, postquam responso illo suo eos pupugisset, studio se inclinasse ad scribendam in terra, vt videretur alij rei, more hominum, intentus, atque ita ipsi minore rubore, & liberius discedere possent. Ergo hi peccatores, mulieris accusatores, ad præsentiam IESV patroni eius & defensoris, disparuerunt, non aliter, quam



quàm, vt loquitur Propheta, *sicut deficit Psal. 67.*

*sumus, & sicut fuit cera à facie ignis. Vbi nota, quemadmodum nulla res, ne mundus quidem totus vna cum inferno possit nocere illis, quorum Dominus patrocinium suscipit: nam vt dicit Apostolus, Si Deus pro nobis, quis contra*

*Rom. 8.*

*nos? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet?*

*CHRISTVS IESVS qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Noli ergo anima mea peccatrix aliud refugium vel auxilium quærere, nisi benignissimum Iesum, qui vti misertus est huic peccatrici, ita pro immensa sua caritate non desinet quoq; misereri tui. Ad illū ergo recurre, in illo solo confide, omnem*

*Psal. 26.*

*spem tuam in eo defige, dicens cū Propheta. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vite meae à quo trepidabo? Pone me iuxta te, & cū*

*Iob. 17.*

*superest manus pugnet contra me.*  
*SUPEREST nunc dulcissime Domine, quia responso tuo conuicisti & pudefecisti accusatores tuos, nunc ultimam tandem sententiam gratiæ proferas, qua peccatrix absoluat. Erigens ergo se CHRISTVS dixit. Mulier, vbi sunt, qui te accusabāt? nemo te condemna-*

*maa-*

mnauit? Quæ dixit. Nemo Domine.  
 leque subiunxit. Nec ego te condem-  
 nabo. Vade & iam amplius noli pecca-  
 re. O vox misericordiæ, ô auditus ga-  
 dij & lætitiæ salutaris. Vide quomodo  
 in vna eademque sententia obuiauit  
 sibi misericordia & veritas, pax & iusti-  
 tia. Nam quod Dominus noluit con-  
 demnare hanc adulteram, fuit opus  
 misericordiæ & dulcedinis; quod autē  
 dixerit ei, ne amplius peccaret, fuit o-  
 pus veritatis & iustitiæ, Benignus I E-  
 SVS tanquam clemens & misericors  
 huic peccatrici cōdonauit peccata præ-  
 terita, liberando eam à pœna: sed vt in-  
 stus peccatum eius damnauit; veritate  
 nim illi, ne in posterum amplius pecca-  
 ret, quia scriptum est, Deum non velle  
 iniquitatem, & odisse omnes qui ope-  
 rantur eam. Dixit ergo. *Nemo te condem-  
 nat: ui nec ego te condemnabo.* ô verba su-  
 auissima, ad quoduis durum cor rumpen-  
 dum valentia. Neque mirum est, eam à  
 I E SV condemnatam non esse: si enim  
 Scribæ & Pharisei inimici eius nō con-  
 demnarunt eam, quomodo potuit eam  
 condemnare amicus ita fidelis? cuius  
 fuit tanta caritas, vt non pro amicis so-  
 lum, sed etiam pro inimicis voluerit a-  
 nimam suam ponere? Quomodo ad-  
 uoca-

*Psal. 84.*

*Psal. 5.*

*Rom. 5.*

CR  
 uocatus  
 ratione  
 Qua rat  
 tut is,  
 berando  
 submitt  
 vnde pro  
 ire verb  
 tertia mo  
 de quo se  
 fecerit, &  
 lectetur:  
 quod no  
 sed vt co  
 non aliu  
 misericor  
 lius Patri  
 lationis:  
 ipso Dom  
 super bou  
 uitos & i  
 fun, Soler  
 que comm  
 namque  
 bi consid  
 quibus D  
 lutem per  
 ternam pr  
 lieri lapsu  
 quod fuer

uocatus poterat damnare illam, quam *1. Iodn. 2.*  
 ratione officij tenebatur defendere?  
 Qua ratione sententiã mortis ferre po-  
 tuit is, qui ad nos iuste cõdemnatos li-  
 berandos, iniustã mortis sententiã se  
 submitit: Deniq; quomodo ex illo ore,  
 vnde prodibant verba vitæ, poterãt ex-  
 ire verba mortis? Certè nõ poterat sen-  
 tenciã mortis proficisci ab auctore vitæ,  
 de quo scriptum erat, quod mortẽ non *Sap. 1.*  
 fecerit, & in viuorũ perditione non de- *Ezech. 18.*  
 lectetur: & de quo iterum scriptum est, *33.*  
 quod non velit mortem peccatoris,  
 sed vt conuertatur & viuat. Imò ab eo  
 non aliud expectandum erat, quàm  
 misericordia & clementia, cum sit fi-  
 lius Patris misericordiarum & conso-  
 lationis: illius benignissimi Patris, qui, *2. Cor. 1.*  
 ipso Domino teste, facit oriri Solem  
 super bonos & malos, & pluit super *Matth. 5.*  
 iustos & iniustos. Quare mirum non  
 fuit, Solem iustitię, lucem suam, radios-  
 que communicasse huic peccatrici, plu-  
 uiamque gratiæ suæ illi immisisse. V-  
 bi considera occultos modos & vias;  
 quibus DOMINVS solet ad sa-  
 lutem perducere eos, quos ad vitam æ-  
 ternam prædestinavit: nam huic mu-  
 lieri lapsus initium dedit salutis, &  
 quod fuerit obnoxia peccato, viam illi  
 ape-

aperuit ad deliberationem, non solum ab illo peccato, sed etiam ab omnibus alijs, & denique quod fuerit accusata occasionem dedit eius absolutioni.

*Psal. 78.*

Quam verè, ô Deus meus, de te ille propheta dixit. *In mari via tua, & semita tua in aquis multis & vestigia tua non cognoscuntur.* Felix mulier, quæ post lapsum non

*Psal. 36.*

in hominum, sed Dei manus incidit, de quo scriptum est, quod cadenti supponat manum suam, ne totus collidatur. Felix, quod infirma adducta es, &

*Luc. 6.*

hunc cælestem medicum, à quo exornata virtus sanans omnes, ac denique quæ cum esses ovis errabunda, vero bono pastore tuo obuiaueris, qui te acceptam è faucibus immanium luporum incolumem ad electum tuum gregem reduxit.

6. CONSIDERA postremo benedictum IESVM hoc iudicio & sententia de hac muliere prolata, non aliud præfigurare voluisse, quam solenne iudicium & sententiam nostre naturæ humanæ datam, cuius typus mulier hæc peccatrix fuit. In quo iudicio, & diuinæ iustitiæ plenè satisfactum est, exigenti, vt pœna expiaretur peccatum, & diuinæ misericordiæ, vt culpa gratis remitteretur, & cōdonaretur. huius

CH  
 zat hum  
 tiz spo  
 cors DE  
 cordia &  
 dientia,  
 matores m  
 adultera  
 sum dese  
 per Prop  
 caes cum  
 iustitiæ c  
 legis, po  
 vt scribit  
 tam quis fo  
 ratione du  
 Erat ergo  
 mortis, se  
 ti expers,  
 dem, & sa  
 dixit S. Io  
 CHRIS  
 lapis ex m  
 cere pote  
 stolo, sit s  
 gatus à pec  
 hanc adul  
 lapidauit,  
 scendit, h  
 terram in  
 beret; quã

rat humana natura in statu Innocen-  
 tia sponsa dilecta, quam sibi miseri-  
 cors DEVS desponsauerat in miseri-  
 cordia & fide: sed discedens a sua obe-  
 dientia, quasi stulta dixit, *Vadam post a-*  
*matores meos.* Itaq; violata fide facta est  
 adultera, verumq; & legitimum spon-  
 sum deseruit, quod deplorans DEVS  
 per Prophetam, *Tu quidem, inquit, forni-*  
*ca es cum amatoribus multis.* Quare rigor  
 iustitiae conuenienter seueritati illius  
 legis, postulabat vt illa lapidaretur,  
 vt scribit Apostolus illis verbis. *Irri-*  
*tam quis faciens legem Moysi sine vlla mise-*  
*ratione duobus aut tribus testibus moritur.*  
 Erat ergo humana natura sua culpa rea  
 mortis, sed non erat homo vllus pecca-  
 ti expers, qui primus possit eijcere lapi-  
 dem, & satisfacere pænae legis: nam vt  
 dixit S. Iob. *Nemo mundus à sorde.* Solus  
 CHRISTVS filius Dei, verus & viuus  
 lapis ex monte altissimo abscissus, id fa-  
 cere poterat, cum solus ipse, teste Apo-  
 stolo, sit *sanctus, innocens, impollutus, segre-*  
*gatus à peccatoribus.* Qui legi satisfecit, &  
 hanc adulteram in persona propria tūc  
 lapidauit, quando ex mōte Oliueti de-  
 scendit, hoc est, de excelsis cælis, se in  
 terram inclinauit, vt digito in ea scri-  
 beret; quādo humiliavit se, carnem nos-  
 tram

N stram

*Ose. 2.*

*Ibidem.*

*Hebr. 10.*

*Deut. 17.*

*Iob. 25.*

*Dan. 2.*

*Hebr. 7.*

Ephe. 2.

Hebr. 6.

Ioan. 10.

Osee. 13.

1. Tim. 2.

stram assumendo, ad salutem hominum efficiendam, vt in se supplicium peccatis nostris debitum transferret, *interficiens*, vt loquitur Apostolus, *inimicitiam seipso*, & legi satisfaciens, quæ nō debet peccatum remitti sine effusione sanguinis. O quantum discrimen est, Domine clementissime, inter nostram & Moysaicam legem? & quanto tu manufactus es illo? Moyses enim condemnat & occidit, sed tu absoluis, & viuificas. Bona foret anima mea, si cognoscens sanctitatem tuæ sanctæ legis eam contra meo inscriberet: tunc enim certa esse se non scribendam tanquam reprobam cum Phariseis in terra, sed in celo cum tuis sanctis discipulis. O quam vetus est dulcis IESV quod per Prophetam dixisti. *Perditio tua ex te Israel tantummodo in me auxilium tuum*. Tu enim, vt dicit Apostolus, omnes homines vis saluos fieri; & ad agnitionem veritatis venire: sed nos peruersis operibus nostris contra nos ipsos sententiam scribimus, & inimici facti propriæ salutis, bellum mouemus contra nos ipsos, atque infatigabilem freneticorum proprijs manibus cornu strum vulneramus. Magnam certe occasionem haberes Domine pudefacere *di me in conspectu tuo*, quando meo

C  
reputo  
dem da  
quando  
es cum  
ad me  
moris p  
meum;  
spectum  
sponse  
metam  
Ecce er  
ritati co  
priorem,  
nunc. P  
cundum  
nec per  
tuo diue  
cum viu

O  
me  
rã è ma  
sine o  
diter di  
cord e  
es ab ill  
peccatū  
ri inimi  
velit e  
quarum

reputo, quoties velut sponsa infida fi-  
dem datam violavi. Sed ex alia parte  
quando te audio dicentem. *Tu fornicata* *Hier. 3.*  
*es cum amatoribus multis, tamen revertere*  
*ad me, & ego suscipiam te.* Ad hæc verba a-  
moris plenissima colliquescit totū cor  
meum; & incipio audere in tuum con-  
spectum prodire, ac dicere, dulcis mi  
sponse. *Verba vitæ æternæ habes, quibus* *Joan. 6.*  
*metam suaviter inuitas & trahis ad te.*  
Ecce ergo Domine, tuæ immensæ car-  
ritati confusus: reuertor ad te virum meum  
priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam *Osee 2.*  
nunc. Placeat ergo tuæ bonitati, me se-  
cundum promissionem tuam recipere,  
nec permittere, vt amplius ab amore  
tuo diuellar, sed desiderem semper te-  
cum viuere, & mori.

COLLOQUIUM.

O rabis Christum Dominum per ele-  
mentia illa, qua mulierem adulte-  
ra à manib. accusatorū suorū eripuit, &  
sine ordinationis sententia misericor-  
diter dimisit, vt dignetur quoq; miseri-  
cordi oculis respicere animā tuā toti-  
es ab illo vero & legitimo spōso suo per  
peccatū, cōsensu ad suggestiōes adulte-  
ri inimici dato digressā & separatā, nec  
velit tecum in iudicium intrare, & anti-  
quarum iniquitatū tuarum memisse:

*Psal. 142.* quando quidem in conspectu eius nemo viuens iustificari possit: sed potius velit te à crudelibus accusatoribus, & seuerissimæ iustitiæ timore liberatum, gratiæ & beneuolentiæ suæ sententiâ absoluere & dimittere in pace: cum suæ bonitatis proprium sit semper misericordiam & parcere illis, qui ex corde penitentiam agunt, & cum fiducia ad eum recurrunt.

## DOCUMENTA.

1. **A**DLTERA à multis accusabatur, & ab omnibus cõdemnabatur, quando erat in manibus Iudæorum: sed ut primò cepit versari in conspectu CHRISTI, omnes Pharisæi se subduxerunt, & nullus eam cõdemnauit. Quare à CHRISTO absolutus est. Sic nos, quando permanemus in peccatis, longè remoti à CHRISTO, non solum demeremus & propriam conscientiam, sed tot accipimus res, quot peccata habemus: verum quando per confessionem humiliati adimus CHRISTUM per remissionem peccatorum consecuti sumus, non est amplius, qui accuset vel condemnet, & à Deo absolui mur & liberamur.
2. CHRISTVS primo Iudæis adhibere nomen deferentibus, sententiâque ab ipso sciscitantibus, non respondit, deinde incerta scribere cepit: cumque denuo responsione urgerent, ambiguo responso dato, rursus scribere cepit.

bere cepit  
liorem l  
si quanda  
deferat  
non de  
precipi  
ad conde  
nem om  
& imm  
fictos, &  
3. CH  
liris ad  
significat  
boni & r  
Dignus a  
liquid m  
mus stati  
secretionis  
tere, inq  
vel non:  
tores, con  
4. Dis  
um ad m  
dum and  
stim sente  
eius que c  
tate acc  
fraudati  
5. CH  
sponso p



bere cepit, & ita, digressis accusatoribus mulierem liberavit. Quo facto voluit nos docere, si quando lapsus aliquis proximi nostri ad nos deferatur, etiamsi reprehensione dignus sit, non debere nos ad iudicandum esse faciles & precipites apud nos ipsos, multo autem minus ad condemnandum eum apud alios: sed rationem omnem & viam inire excusandi illum & imminuendi, cogitantes nos omnes è terra factos, & posse similiter peccare & labi.

3. CHRISTVS audita accusatione mulieris adulteræ, digito scripsit in terra. Terra significat cor humanum, ex quo omnes fructus boni & mali actionum nostrarum procedunt. Matt. 15. Digtus designat discretionem. Quando ergo aliquid mali de proximo audimus, non debemus statim temerè eum iudicare, sed prius discretionis digito humiliter cor nostrum discutere, inquirendo, si inique immunes à peccato, vel non: & si deprehendamus nos esse peccatores, condoleamus aliorum lapsibus.

4. Distulit quoque Dominus responsum suum ad informandos Principes & Iudices, ut dum audiunt aliquas accusationes, non confestim sententiam proferant, sed prius causam eiusque circumstantias examinent, ne iniquitate accusatorum, vel specie aliqua iustitiæ defraudati, iniustam sententiam pronuncient.

5. CHRISTVS, ut accusatores suo responso pudescerent eorumque iniquitatem de-

monstravit, denuo se in terram ad scribendum inclinavit, ne magis, si in eos diutius respiceret, pudescerent, & liberius se inde subducerent. Nimirum nos quoque instruens, si quando videamus aliquem nostra commotione, vel reprehensione pudefactum, non illi insistant diutius, vel oculis in eius vultum coniecta maiorem illi ruborem procreare, sed potius fragilitati humane miserendo, dissimulare.

6. Qui in Dei conspectum prodeunt corde diuini, non merentur exaudiri in suis precibus, sed potius cum pudore repudiari, ut hic accidit Pharisaeis, quorum conatus in terram reciderunt. Nam exitum felicem habere non possunt negotia, quae ceteri speciem boni praeserant, tamen non ad honorem & gloriam Dei, sed proprii commodi causa suscipiunt. Contra vero qui in conspectum Dei prodeunt cum humilitate & verecundia, agnoscunt se peccatores, merentur obtinere veniam, sicut obtinuit humilis ille publicanus, & haec quoque adultera.

Luc. 18.

7. QUI sine peccato est vestrum, inquit CHRISTVS, primus in eam lapidem mittat. Qua sententia discimus non murmurare, aut male loqui de proximis nostris, considerando multas nostras imperfectiones & peccata: quia quia quicumque sanctus & iustus homo sit, semper, si bene conscientiam suam excutiat, inueniet quod in se reprehendat, &

que ita non facile lapides ob murmurationem  
in alios emitet.

8. Dixit **CHRISTVS** mulieri, neque  
se condemnare illam; iret modo, & non pecca-  
ret amplius. Vide eundem Dominum, qui in  
hac vita tam misericordem se declarat erga  
peccatores, quos peccati punitet, quique peccare  
desistunt, fenerissimum in eos futurum, qui be-  
nitate eius, persistendo in peccatis, abutun-  
tur. Vade qui nunc dicit. Ego te non condemno  
postea duram & terribilem proferet senten-  
tiam, qua condemnabit peccatores ad supplicia  
infernii.

9. **CHRISTVS** non condemnauit eam,  
que à nullo erat condemnata: ut tu intelligas, si  
tua te vita non condemnet; nec condemnandū  
esse à Deo: & licet multa peccata admiseris,  
si tamen per penitentiam illa expiaris, & so-  
lus cum **CHRISTO**, uti hæc mulier, per-  
miseris, cū proposito voluntati eius obsequen-  
di, & sanctam eius legem præstandi, non du-  
bium, quin iusto dei iudicio sis absoluendus.

10. Idem Dominus, qui dixit mulieri. Non  
te condemnabo, dixit quoque. Vade & noli am-  
plius peccare: ubi iustissimus hic iudex non  
promittit aut misericordiam solam, aut mi-  
natur solum iudicium, sed vtrumque facit, ut  
omnes intelligant, si causam habeant fidendū  
in ipso, quoniam suavis est & misericors, si-

militer. causam habere timendi quoniam  
 stus est. Vnde qui nunc cum misericordia  
 lerat vt inducat eos ad penitentiam, postea  
 seuerissime castigabit, si penitentiam agere  
 nolint. Vult ergo Dominus, vt inter spem  
 metum semper viuamus, spe que erecti post  
 lapsum in peccatum non desperemus: et  
 more perterrefacti, promissione misericordie  
 abutentes in iudicium non incurramus. Quere  
 re benignus IESVS, qui vult omnes saluati  
 fieri, ij qui sunt in periculo desperationis pro  
 ponit portum remissionis et venie: qui veri  
 sub umbra misericordie sue veniunt in per  
 culum nimie fiducie, differentes de die  
 in diem emendationem, minatur  
 seueritatem sue  
 iustitie.



DE

DE  
 N  
 S  
 M  
 I  
 P  
 R  
 vic  
 ta  
 discip  
 hic, au  
 sceretur  
 hic pe  
 sed vt  
 illo M  
 ius qui  
 nit no  
 rari, q  
 sum m  
 puit i